v. 16. nescitis, quia templum Dei estis et spiritus Dei habitat in vobis. [2]	
v. 17. si quis * templum Dei violaverit, violabit illum Deus.	* autem disperdet
v. 18. nemo se decipiat: si qui putat sapientem se esse in vobis, mundo huic stultus fiat, ut fiat sapiens;	seducat, si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc saeculo, stultus fiat, ut sit sapiens
19. sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum. scriptum est enim: reprehendens sapientes in astutia ipsorum.	comprehendam eorum
20. et iterum cognovit Deus cogitationes sapientium, quia sunt stultae. [3]	et iterum: Dominus novit cogitationes sapientium, quoniam vanae sunt.
Cap. IV.	
v 7. quid enim habes, quod non acceperis? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? [4]	autem accepisti
v. 20. non* in sermone est regnum Dei, sed in virtute.[5]	* enim
Cap. V.	
v. 7. exurgate vetus fer-	

[1]) 115, 6 test. III, 3. Desgl. 428; 2 de zelo et liv. 13, nur steht für aemulatio: zelus. — [2]) 699, 1 ep. 62, 3 u. 142, 1 test. III, 27, wo beigefügt v. 17. — [3]) 398, 5 de bono pati 2. v. 18 u. 19 findet sich auch 170, 8 testim. III, 69; doch steht für qui: quis, für mundo: saeculo, statt fiat sapiens: sit sapiens, statt reprehendens: comprehendens und Dominus cognovit. — [4]) 116, 23 testim. III, 4. — [5]) 177, 9 test. III, 96.

Cyprianus	Vulgata
mentum, ut sitis nova conparsio, sicut estis azymi:	conspersio
nam et pascha nostrum immolatus est Christus.	etenim
8. itaque festa celebremus, non in fermento veteri, neque in fermento malitiae et nequitiae, sed in azymis sinceritiatis et veritatis. [1]	epulemur
Cap. VI.	
v. 1. audet quisquam vestrum adversus alterum negotium habens disceptare apud iniustos et non apud sanctos?	audet aliquis vestuum habens negotium adversus alterum iudicari apud iniquos et non apud sanctos?
2. nescitis, quia sancti mundum iudicabunt? [2]	an nescitis, quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt?
v. 7. iam quidem in totum delictum in vobis est, quia iudicia habetis invicem quare non magis iniuriam sustinetis? quare non magis fraudem patimini?	omnino est in vobis quod inter vos accipitis?
8. sed vos iniuriam facitis, et fraudatis, et hoc fratribus.	
9. aut nescitis, quoniam iniusti regnum Dei non consequentur? [3]	an quia iniqui possidebunt
9. neque fornicarii neque idolis servientes neque adulteri	

[1]) 198, 25 de habit. virg. 16 u. 125, 13 testim. III, 11. — [2]) 151, 10 testim. III, 44. — [3]) 151, 13 testim. l. m. c.

Cyprianus	Vulgata
10. neque molles neque masculorum concubitores neque fures neque fraudultenti neque ebriosi neque maledici neque raptores regnum Dei consequentur,	avari rapaces possidebunt
11. et haec quidem fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine Domini Jesu nostri Christi, et in spiritu Dei nostri.[1])	Stellung: Dom. nostri Jesu Christi
v. 15. nescitis, quia corpora vestra membra Christi sunt? auferens membra Christi faciam membra meretricis? (absit.)	quoniam c. v. sunt Christi? tollens ergo
16. aut nescitis, quia, qui coniungit se meretrici, unum corpus est? erunt enim * duo incarne una.	an n., quoniam, qui adhaeret efficitur? * inquit
17. qui autem coniungit se Domino, unus spiritus est, [2])	adhaeret
v. 18. omne delictum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat . . . *	peccatum v. 10. *an neseitis, quoniam nembra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo, et non estis vestri . .
19. non estis vestri.	

[1]) 167, 24 test. III, 65. Den Satz des vers 10 neque maledici regnum Dei consequentur bringt auch 670, 11 ep. 59, 4. Die Stelle findet sich auch 275, 7 de dom. orat. 12; doch steht für masculorum concubitores: masculorum adpetitores, insgleichen fehlt nostri bei Domini nach J. Chr. — [2]) 166, 14 testim, III, 62.

Cyprianus	Vulgata
20. empti enim estis pretio magno. Clarificate et portate Dominum in corpere vestro. [1]	glorificate Deum
Cap. VII.	
v. 1. Bonum est homini, mulierem non tangere.	
2. propter fornicationem autem unusquisque uxorem suam habeat, et unaquaeque suum virum habeat.	suam uxorem
3. uxori vir debitum reddat; similiter * et uxor viro;	* autem
4. uxor corporis sui potestatem non habet, sed vir. similiter * et vir corporis sui potestatem non habet, sed uxor.	mulier sui corporis * autem sui corporis mulier
5. nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi: et iterum ad id ipsum revertimini, ne vos temptet satanas propter incontinentiam vestram.	rev. ad ipsum (Stellung) ne tentet vos satanas
6. hoc * dico secundum indulgentiam, non secundum imperium	* autem
7. nam volo, omnes homines sic esse ut me. sed unusquisque proprium habet	volo enim omnes vos esse sicut me ipsum, sed u. prop. donum habet ex Deo, alius

[1]) 167, 4 testim. III, 63. Im v. 18 steht für dilictum: peccatum und für fornicatur: moechatur 644, 13 ep. 55, 26. Mit non estis beginnt 123, 13 testim. III, 11; die v. 19, 20 bringt auch 188, 18 de habit. virg. 2 und 327, 21 ad Fortun. 6.

Cyprianus	Vulgata
donum a Deo, alius sic, alius autem sic. [1]	quidem sic, alius vero sic.
v. 10. his autem, quae nupserunt, praecipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non recedere;	iis autem, qui matrimonio iuncti sunt, praecipio . . . discedere;
11. si autem recesserit, manere innuptam aut reconciliari viro, et vir uxorem ne demittat. [2]	quod si discesserit, m. i. aut viro suo rec. non
v. 29. tempus collectum est. reliquum est ergo, ut et qui habent uxores, quasi non habentes sint,	tempus breve est ergo fehlt tamquam
30. et qui flent, quasi non flentes, et qui gaudent, quasi non gaudentes, et qui emunt, quasi non possidentes.	tamquam tamquam tamquam
31. et qui hoc mundo utuntur, quasi non utantur, praeterit enim figura huius mundi. [3]	Stellung: et qui utuntur hoc mundo, tamquam
v. 32. Caeleps cogitat ea, quae sunt Domini, quomodo placeat Deo	qui sine uxore est, solicitus est, quae Domini sunt,
33. qui autem matrimonium coniunxit, cogitat ea, quae sunt huius mundi, quomodo placeat uxori *	cum uxore est, solicitus est quae . . fehlt * et divisus est
34. sic et mulier * et virgo innupta cogitat ea,	sic fehlt * innupta ea fehlt

1) 145, 6 testim, III, 32. — 2) 175, 15 testim. III, 90. — 3) 123, 15 testim. III, 11. v. 30, 31 finden sich auch 194, 22 de habitu virginis 10 anfangend: et qui emunt, sic sint quasi non possidentes . . .

Cyprianus	Vulgata
quae sunt Domini, ut sit	
sancta et corpore et spiritu.	et fehlt
quae autem nupsit cogitat	nupta est
de his, quae sunt mundi,	de his fehlt
quomodo placeat viro. [1]	
v. 39. mulier alligata est,*	* legi,
quamdiu vivit vir eius.	quanto tempore vir eius vivit,
si autem dormierit,* liberata	quodsi dorm. * vir eius
est: cui vult, nubat, tantum	
in Domino	
40. beatior autem erit,	
si sic permanserit. [2]	
Cap. VIII.	
v. 2. si quis * se putat	* autem se existimat
scire aliquid, nondum scit,	cognovit
quemadmodum oporteat eum	
scire [3]	
v. 8. esca * nos non com-	* autem
mendat Deo: neque * si man-	* enim
ducaverimus, abundabimus,	
neque si non manducaver-	
imus, egebimus. [4]	deficiemus
v. 13. si cibus scanda-	esca
lizat fratrem, * non mandu-	* meum
cabo carnem in saeculo,	in aeternum
ne fratrem * scandalizem. [5]	* meum
Cap. IX.	
v. 22. factus sum infir-	
mus infirmis, ut infirmos	
lucrarer. [6]	lucrifacerem
v. 24. nescitis, quia, qui	quod ii

[1]) 145, 16 testim. III, 32; statt coniunxit steht contraxit, huius nach mundi und von quae autem nupsit fehlt 191, 1 de habitu virg. 5. — [2]) 166, 11 testim. III, 62. — [3]) 139, 11 testim. III, 21. — [4]) 164, 6 testim. III, 60. — [5]) 474, 20 ep. 4, 2. — [6]) 634, 23 ep. 55, 15.

Cyprianus	Vulgata
in stadio currunt, omnes quidem currunt, unus tamen	sed unus a.
accipit coronam? sic currite,	bravium
ut omnes comprehendatis	omnes fehlt
25. et illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. [1]	
Cap. X.	
v. 1. nolo enim vos ignorare, fratres, quia patres	quoniam
nostri omnes sub nube fuerunt et omnes per mare transierunt	per fehlt
2. et omnes in Moyse baptizati sunt et in nube et in mari	et fehlt
6. haec autem omnia figurae nostrae fuerunt. [2]	haec autem in figura facta sunt nostri
v. 12. et qui se putat stare, videat, ne cadat. [3]	itaque qui se existimat st.
v. 13. temptatio vos non	tentatio v. n.
occupabit nisi humana.	apprehendat
fidelis autem Deus, * qui non	* est
patietur vos temptari super	tentari
* quod potestis, sed faciet	* id
* cum temptatione etiam evadendi facultatem, ut possitis tobrare. [4]	* etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere

[1]) 141, 4 test. III, 26. Desgl. 329, 22 ad Fortunat. 8, wo aber für coronam: palmam u. für comprehendatis: occupetis steht, und vor diesem omnes fehlt in Übereinstimmung mit 493, 5 ep. 10, 4. — [2]) 764, 9 ep. 69, 15. vers 1 steht auch 42, 18 testim. I, 4. — [3]) 139, 10 test. III, 21. — [4]) 175, 21 testim. III, 91.

Cyprianus	Vulgata
20. non potestis calicem Domini bibere et calicem daemoniorum:	
v. 21. non potestis mensae Domini communicare et mensae daemoniorum. [1]	participes esse
v. 22. omnia * licent, sed non omnia expediunt.	* mihi
23. omnia * licent, sed non omnia aedificant. [2]	* mihi
v. 33. omnibus per omnia placeo, non quarens, quod mihi est utile, sed quod multis, ut salventur. [3]	sicut et ego per omnia omnibus placeo, ut salvi fiant.
Cap. XI.	
v. 1. Imitatores mei estote, sicut et ego Christi. [4]	
v. 16. si quis autem putaverit, contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei. [5]	videtur
v. 19. oportet et haereses esse, ut et qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. [6]	
v. 23. Dominus Jesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem,	
24. et gratias egit et fregit et dixit: * hoc est corpus meum, quod pro	agens * accipite et manducate,

[1]) 248, 14 de lap. 15 u. 518, 10 ep. 16, 2. — [2]) 176, 4 testim. III, 92 u. 194, 8 de habit. virg. 9. — [3]) 634, 21 ep. 55, 15. — [4]) l. m. c. — [5]) 798, 15 ep. 73, 26. — [6]) 176, 7 testim. III, 93, dagegen lautet die ser vers 218, 20 de cathol. eccl. uni. 10: oportet et haereses esse, ut probati manifesti sint in vobis.

Cyprianus	Vulgata
vobis est. hoc facite in meam commemorationem.	tradetur.
25. simili modo et calicem, postquam cenatum est, accepit dicens: hic calix novum testamentum est in meo sanguine, hoc facite, quotienscumque biberitis in meam commemorationem.	similiter coenavit accepit fehlt quotiescumque bibetis
26. quotienscumque enim ederitis panem istum, et calicem biberitis, mortem Domini adnuntiatis, quoadusque veniat. [1]	quotiescunque enim manducabitis hunc bibetis donec
v. 27. quicunque manducaverit panem * et biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini. [2]	* hunc vel
v. 33. cum convenitis ad manducandum, invicem expectate.	
34. si quis esurit, domi manducet, ut non in iudicium conveniatis. [3]	
Cap. XII.	
v. 26. si patitur membrum unum, compatiuntur et caetera membra: et si laetatur membrum unum, conlaetantur cetera membra.[4]	et siquid p. unum membrum et fehlt; omnia membra. sive gloriatur un. nemb.; congaudent omnia membra.

[1]) 708, 17 ep. 63, 10. — [2]) 176, 13 test. III, 94; für manducaverit steht ederit 248, 17 de lap. 15, ebenso 514, 13 ep. 15, 1; 519, 5 ep. 16, 2 u. 823, 28 ep. 75, 21; bei allen 3 Stellen steht auch nach panem aut für et. — [3]) 164, 8 test. III, 60. — [4]) 521, 8 ep. 17, 1, ebenso 635, 1 ep. 55, 15, doch steht nach conlaetantur: et, wie auch 698, 15 ep. 62, 1.

Cyprianus	Vulgata
Cap. XIII.	
v. 2. et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non	
habeam, nihil sum,	habuero
3. et si in cibos * distribuero omnia mea, et si	Stell.: et si distr. in cibos * pauperum facultates meas
tradidero corpus meum, * ut ardeam, caritatem autem non	* ita
habeam, nihil proficio.	habuero mihi prodest.
4. caritas magnanima est,	patiens
caritas benigna est, caritas	caritas fehlt
non aemulatur, caritas non	caritas fehlt
agit perperam, non inflatur,	
5. * non irritatur, non cogitat malum,	* non est ambitiosa, non quaerit, quae sua sunt, non irrit.
6. non gaudet super iniustitiam, conlaetatur autem in veritate	iniquitate, congaudet autem veritati
7. omnia diligit, omnia	suffert
credit, omnia sperat, omnia sustinet,	
8. caritas nunquam excidit. [1]	
v. 12. videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem; nunc	
scio ex parte, tunc autem	cognosco
cognoscam, sicut et cognitus sum. [2]	

[1]) 115, 12 testim. III, 3. Die v. 2—5 u. 7 finden sich 222, 14 de cath. eccl. un. 14, doch fehlt vor fidem v. 2 omnem und stehen non inflatur, non irritatur zwischen aemulatur — non agit perperam, und wird am Schluss nunquam excidit caritas wiederholt mit eingeschaltetem inquit. v. 4 findet sich 425, 24 de zelo et liv. 13, wo statt aemulatur zelat steht. v. 4, 5 u. 7 stehen 408, 5 de bono pat. 15, wo aber caritas non agit pauperam fehlt. — [2]) 155, 6 test. III, 53.

Cyprianus	Vulgata
Cap. XIV.	
v. 29. prophetae autem duo aut tres loquantur et ceteri examinent.	dicant diiudicent
30. * si alii revelatum sedenti fuerit, ille prior taceat. [1])	* quod si Stellung: fuerit sedenti; ille fehlt
v. 34. mulieres vestrae in ecclesiis taceant,	vestrae fehlt
35. si quae autem quid discere volunt, domi viros suos interrogent. [2])	si quid autem volunt discere,
Cap. XV.	
v. 33. corrumpunt mores bonos conloquia mala. [3])	corrumpunt colloquia
v. 36. stulte, tu quod seminas, non vivificatur, nisi * mortuum fuerit [4])	insipiens * prius moriatur
v. 41. stella * ab stella differt in claritate.	* enim a
42. ita et resurrectio, * seminatur corpus in corruptione, surgit sine corruptela.	sic * mortuorum corpus fehlt surget incorruptione
43. seminatur in ignominia, resurgit in gloria, seminatur in infirmitate, resurgit in virtute	ignobilitate surget surget
44. seminatur corpus animale, surgit * spiritale [5])	 surget * corpus

[1]) 773, 23 ep. 71, 3. — [2]) 152, 4 testim. III, 46. — [3]) 177, 5 testim. III, 95. Dagegen liest 225, 21 de cath. eccl. uni. 17 conrumpunt ingenia bona confabulationes pessimae, ebenso 689, 23 ep. 59, 20. — [4]) 159, 7 testim. 58. — [5]) 159, 8 testim. III, 58.

Cyprianus	Vulgata
v. 47. primus homo de terrae limo, secundus homo de caelo *.	terra, terrenus * caelestis.
48. qualis ille de limo, tales et qui de limo, et qualis caelestis, tales et caelestes.	terrenus ille fehlt terreni
49. *quomodo portavimus imaginem eius, qui de limo est, portemus et imaginem eius, qui de caelo est. [1]	* igitur sicut terreni caelestis
v. 53. oportet enim corruptivum istud induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem,	corruptibile
54. cum autem corruptivum hoc induerit immortalitatem et mortale hoc induerit incorruptionem, tunc fiet verbum, quod scriptum est:	fehlt: corruptivum — et incl. immortalitatem sermo, qui scriptus
55. absorpta est mors in contentionem,	victoria
56. ubi est mors aculeus tuus? ubi est mors contentio tua? [2]	victoria stimulus

[1] 75, 14 test. II, 10, ebenso 123, 19 test. III, 11 und 429, 7 de zel. et liv. 14, nur steht für qualis ille de limo: q. i. e limo, ebenso 204, 12 de habitu virg. 23, wo die drei ersten de durch e gegeben. —
[2] 159, 12 test. III, 58,

Epistola ad Corinthios II.

Cyprianus	Vulgata
Cap. III.	
v. 14. Obtunsi sunt sensus eorum usque* in hunc diem hoc eodem, velamento in lectione veteris	obtusi * enim hodiernum id ipsum velamen
testamenti manente, quod non revelatur, quia in Christo evacuatur;	manet non revelatum, quoniam
15. et usque in hodiernum *, si quando legitur Moyses, velamen * est super cor eorum.	sed * diem cum * positum
16. mox autem conversus est ad Dominum, auferetur velamen. [1]	cum autem conversus fuerit ad D.
Cap. V.	
v. 10. omnes * nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut reportet unusquisque sui corporis propria secundum, quae egit, sive bona, sive mala.[2]	* enim referat propria corporis prout gessit bonum, malum
v. 15. pro omnibus mortuus est, * ut et qui vivunt, iam non sibi vivant, sed illi, qui pro eis mortuus est et resurrexit. [3]	* Christus ei, ipsis
Cap. VIII.	
v. 12. si * voluntas prompta est, secundum quodcunque habuerit, accepta-	* enim in quod habet, accepta

[1]) 42, 20 testim. I, 4. — [2]) 96, 11 test. II, 28 und 157, 7 test. III, 56. — [3]) 327, 23 de Fortunat. 6.

Cyprianus	Vulgata
bilis est, non secundum *	* id
quod non habuerit	habet
13. neque ut aliis refrigerium, nobis pressura sit [4])	non enim ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio.
v. 14. vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut et illorum abundantia vestrae inopiae sit supplementum, et sit aequalitas,	ut fiat
sicut scriptum est,	
15. qui multum habuit,	habuit fehlt
non abundavit et qui modicum, non indiguit [2])	minorabit.
Cap. IX.	
v. 6. qui parce seminat, parce et metet; et qui seminat in benedictione, de benedictione et metet.	benedictionibus (2 mal)
7. unusquisque autem	autem fehlt
sicut corde proposuit, non quasi ex tristitia	prout destinavit in corde suo, non ex tristitia.
vel ex necessitate; hilarem enim datorem diligit Deus.[3])	aut
v. 9. sicut scriptum est,	
distribuit, dedit pauperibus, iustitia suis manet in	dispersit
aeternum.	saeculum saeculi.
10. qui * administrat semen semimanti, et panem ad	* autem
edendum tribuet, et multiplicabit seminationem vestram et augebit incrementa frugum iustitiae vestrae,	manducandum praestabit, semen vestrum

[1]) 114, 10 test. III, 2. — [2]) 113, 8 test. III, 1. — [3]) 113, 11 test. III, 1.

Cyprianus	Vulgata
11. ut in omnibus locupletimini	locupletati;
12. administratio huius officii non tantum supplebit ea, quae sanctis desunt, sed * abundabit per multam gratiarum actionem in Deum.[1])	ministerium solum supplet Stellung: desunt sanctis, * etiam multas' actiones in Domino
Cap. XI.	
v. 2. despondi * vos uni viro virginem, sanctam adsignare Christo [2])	* enim castam exhibere.
v. 29. quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et non ego uror?[3])	
Cap. XII.	
v. 7. Datus est mihi stimulus carnis meae angulus satanae, qui me colaphizet, ut non extollar.	non extollar fehlt, dagegen steht eingangs et ne magnitudo revelationum extollat, me datus etc.
8. propter quod ter Dominum rogavi, ut discederet a me;	
9. et dixit mihi: sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur. [4])	
v. 20. timeo*, ne forte veniens ad vos	* enim cum venero ad vos fehlt

[1]) 113, 15 test. III, 1. v. 10, 11 u. 12 finden sich auch 380, 19 do op. et elem. 9, wo aber für tribuet: praestabit und für in Deum: in Domino steht. — [2]) 819, 16 ep. 75, 14. — [3]) 521, 6 ep. 17, 1. Den ersten Teil dieses Verses bringt auch 698, 18 ep. 62, 1. — [4]) 119, 9 testim. III, 6, ebenso 305, 2 de mortal. 13, doch steht v. 9 statt nam: enim.

Cyprianus	Vulgata
21. lugeam multos ex his, qui ante peccaverunt et non egerunt paenitentiam de immunditiis, quas fecerunt, et fornicationibus et libidinibus. [1]	super immunditia et fornicatione et impudicitia, quam gesserunt.

Epistola ad Galatas.

Cap. 1.	
v. 6. miror, quod sic tam cito demutamini ab eo,	transferimini
qui vos vocavit in gratiam*	* Christi
ad aliud Evangelium,	in
7. quod non est aliud: nisi si sunt aliqui, qui vos	si fehlt
turbant et volunt convertere evangelium Christi.	conturbant
8. sed licet nos aut angelus de caelo aliter adnuntiet praeterquam quod	evangelizet vobis
adnuntiavimus vobis, anathema sit.	evangelizavimus
9. sicut praediximus, et nunc iterum dico: si quis vobis adnuntiaverit praeterquam quod accepistis, anathema sit. [2]	evangelizaverit praeter id, quod
v. 10. si * hominibus placerem,	* adhuc
servus Christi non essem. [3]	Stellung: Christi servus

---

[1]) 644, 17 ep. 15, 26. — [2]) 543, 20 ep. 27, 3, ebenso 709, 11 ep. 63, 10, wo indess für in gratiam: ad gratiam, für turbant: conturbant und statt aliter adnuntiet: evangelizaverit steht. — [3]) 190, 23 de hab. virg. 5, ebenso 478, 3 ep. 4, 5, wo servus nach Christi steht in Übereinstimmung mit 714, 4 ep. 63, 15 und mit 675, 17 ep. 58, 8.

Cyprianus	Vulgata
Cap. III.	
v. 6. Abraham credidit Deo, et reputatum est illi ad iustitiam.	
7. cognoscitis ergo, quia qui ex fide sunt, hi sunt filii Abrahae.	cognoscite ii
8. providens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes Deus, praenuntiavit Abrahae, quia benedicentur in te omnes gentes.	
9. igitur qui ex fide sunt, benedicti sunt cum fideli Abraham. [1])	benedicentur
v. 27. quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. [2])	quicunque enim in etc.
Cap. IV.	
v. 4. At ubi venit adimpletio temporis, misit Deus filium suum natum de muliere. [3])	plenitudo factum ex
v. 16. ergo ego inimicus* factus sum verum praedicans vobis. [4])	ego fehlt * vobis dicens
Cap. V.	
v. 14. Diliges proximum tuum tamquam te *	sicut * ipsum
15. si autem mordetis	quodsi invicem mordetis

[1]) 43, 19 testim. I, 5; v. 6. v. 6 p. 703, 20 ep. 53, 4 lautet credidit Abraham Deo et deputatum est ei ad iustitiam. — [2]) 699, 9 ep. 62, 3 u. 818, 21 ep. 75, 12, wo aber für baptizati steht tincti. — [3]) 73, 13 testim. II, 8. — [4]) 477, 18 ep. 4, 5.

Cyprianus	Vulgata
et incusatis invicem, videte, ne consumamini ab invicem.[1])	et comeditis Stell.: ab invicem cons.
v. 17. caro enim concupiscit adversus spiritum et spiritus * adversus carnem. haec enim invicem adversantur sibi, ut non quae vultis, ipsa faciatis.[2])	et fehlt * autem Stellung: sibi nach enim quaecunque illa
v. 19. manifesta autem sunt facta carnis, quae sunt adulteria, fornicationes, immunditiae, *spurcitiae	opera, adulteria fehlt for. Singular, ebenso: immund., * impudicita, luxuria.
20. idololatriae, veneficia, homicidia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, provocationes, simultates, dissensiones, haereses.	idolorum servitus homicidia fehlt irae rixae simultates fehlt sectae
21. invidiae, * ebrietates, commissationes et his similia: * qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt	* homicidia comessationes * quae praedico vobis, sicut praedixi: quoniam qui talia.. consequentur
22. fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax magnanimatis, bonitas, fides,	patientia, benignitas bonitas, longanimitas
23. mansuetudo, * continentia, castitas. *	* fides, modestia * ein Satz ausgelassen
24. qui enim Christi sunt, carnem suam crucifixerunt	autem sunt Christi

[1]) 115, 20 testim III, 3 und 508, 6 ep. 13, 5. — [2]) 167, 10 test. III, 64 und 278, 19 de dom. orat. 16.

Cyprianus	Vulgata
cum otiis et concupiscentiis. [1]	
Cap. VI.	
v. 1. considerans te ipsum, ne et tu tempteris	tenteris
2. alter alterius onera sustinete, et sic implebitis legem Christi [2]	portate adimplebitis
v. 10. ergo dum tempus habemus, operemur, quod bonum est, ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei	quod fehlt est fehlt
9. bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus. [3]	
v. 14. mihi autem absit gloriari, nisi in crucem Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo. [4]	cruce

[1]) 167, 13 testim. III, 64 und 298, 21 de dom. orat. 16, wo v. 24 fehlt, v. 19—21 lauten 439, 19, sent. episc. 5: manifesta sunt enim opera carnis, quae sunt fornicationes, immunditiae, incestum, idololatriae, servitus, veneficia, inimicitiae, certamina, zelus, ira, divisiones, haereses et his similia; de quibus praedixi vobis, sicut praedico quoniam, quicunque haec faciunt, regnum Dei non haereditabunt. — [2]) 120, 20 testim. III, 9. 636, 20 ep. 55, 18 gibt die zwei Verse: In contemplatione habentes unusquisque, ne et vos temptemini, alterutrum onera sustinete et sic adimplebitis legem Christi. — [3]) 393, 5 de op. et ele. 24 u. 407, 3 de bono patien. 13, wo für das 1. autem vero steht. — [4]) 124, 7 testim. III, 11, desgl. 191, 14 de hab. virg. 6, doch steht für crucem: cruce und statt Domini nostri: Domini mei.

Epistola Ephesios.

Cyprianus	Vulgata
Cap. II.	
v. 17. Et cum venisset, adnuntiavit vobis pacem his, qui longe, et pacem, his qui prope.	et veniens evangelizavit pacem vobis, qui longe fuistis, et pacem iis, qui prope.
18. quia per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. [1]	quoniam
Cap. IV.	
v. 1. observo ergo vos, ego vinctus in Domino, * digne ambulare vocatione, qua vocati estis.	itaque * ut digne ambuletis
2. cum omni humilitate sensus et lenitate, cum patientia sustinentes invicem in dilectione,	et mansuetudine supportantes charitate
3. satis agentes, servare unitatem spiritus in vinculo pacis,	solliciti
4. unum corpus et unus spiritus, sicut vocati estis et in una spe vocationis vestrae.	et fehlt
5. unus Dominus, una fides, unum baptismum.	baptisma
6. unus Deus et pater omnium, qui * super omnes et per omnia et in omnibus nobis [2]	* est

[1]) 94, 10 testim. II, 21. — [2]) 825, 21 ep. 75, 24. v. 2 u. 3 bringt 216, 25 de cathol. eccl. uni. 8, anfangend mit sustinentes, so dass nach unitatem spiritus folgt: in coniunctione pacis, ebenso 408, 10 de bono pat. 16 und 643, 7 ep. 55, 24. v. 3—5 findet sich auch 439, 10 sent. episc. 5: curantes servarve unitatem spiritus in coniunctione p. etc. v. 4 u. 5 lauten 213, 11 de cathol. eccl. uni. 4: unum corpus et unus spiritus, una spes voccationis vestrae etc. bis unus Deus. v. 5 ist angeführt 436, 14 sent. episc. 1.

Cyprianus	Vulgata
v. 22. exponite prioris conversationis veterem hominem, qui conrumpitur secundum concupiscentias deceptionis.	deponite vos secundum pristinam conversationem vet. hom. desideria erroris.
23. innovamini autem spiritu sensus vestri	renovamini mentis vestrae.
24. et induite novum hominem eum, qui secundum Deum constitutus est in iustitia et sanctitate et veritate. [1]	eum fehlt creatus veritatis
26. irascimini, et nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram.[2]	
v. 27. nolite locum dare diabolo [3]	
v. 29. omnis sermo malus de ore vestro non procedat, sed si quis bonus est ad aedificationem fidei, ut det gratiam audientibus. [4]	ex est fehlt
v. 30. nolite constristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis;	
31. omnis amaritudo et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia auferatur a vobis. [5]	tollatur
Cap. V.	
v. 4. stultiloquium et	aut

[1]) 124, 20 test. III, 11. — [2]) 120, 13 test. III, 8. — [3]) 474, 3 ep. 4, 2. — [4]) 126, 11 test. III, 13, desgl. 601, 16 ep. 45, 2, wo aber si quis und est fehlen. — [5]) 409, 5 de bono pat. 16 u. 120, 4 test. III, 7, wo aber statt auferatur: auferentur steht.

Cyprianus	Vulgata
scurrilitas, quae ad rem non pertinet, nec nominetur in vobis [1])	steht bei v. 3.
v. 5. hoc enim scitote intelligentes, quia omnis	quod
fornicator aut immundus aut fraudulator, quod est ido-	avarus
lolatria, non habet haereditatem in regno Christi et Dei. [2])	idolorum servitus
v. 6. nemo vos decipiat	seducat
inanibus verbis; propterea	propter haec
enim venit ira Dei super	in
filios contumaciae	diffidentiae
7. nolite ergo esse participes eorum. [3])	effici
v. 25. Christus dilexit ecclesiam, et se ipsum tradidit pro ea,	
26. ut eam sanctificaret	illam
purgans eam lavacro aquae [4])	mundans eam fehlt
v. 31. propter hoc relinquet homo patrem et matrem, * et erunt duo in carne una.	* suam
32. sacramentum istud	hoc
magnum est, ego autem dico, in Christum et ecclesiam [5])	Ablativ.
Cap. VI.	
v. 1. Filii, obsequentes	obedite
estote parentibus vestris *, hoc enim est instum.	* in Domino

[1]) 150, 9 testim. III, 41. — [2]) 645, 1 ep. 55, 21. — [3]) 595, 18 ep. 43, 6; 725, 17 ep. 65, 5; 231, 1 de cathol. eccl. uni. 23. — [4]) 751, 20 ep. 69, 2 u. 804, 9 ep. 74, 6. — [5]) 617, 9 ep. 52, 1.

Cyprianus	Vulgata
2. honora patrem tuum et matrem *, quod est mandatum primum in promissione,	* tuam
3. ut bene sit tibi, et sis longaevus super terram [1])	
v. 4. et vos, patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros, sed nutrite eos in disciplina et correptione Domini. [2])	educate illos
v. 5. servi, obaudite dominis carnalibus cum timore et tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo,	obedite
6. non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed quasi servi Christi. [3])	ut
v. 9. et vos, domini, eadem facite ad eos, remittentes minas; scientes, quia et vester et ipsorum Dominus est in caelis, et personarum acceptio non est apud illum [4])	illis et illorum et vester eum
v. 12. non est vobis conluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus potestates et principes huius mundi et harum tenebrarum, adversus spiritalia nequitiae in caelestibus.	nobis Stell.: princ. et potest., adversus mundi rectores tenebrarem harum, contra spiritualia n. i c.

[1]) 170, 14 testim. III, 70. — [2]) 170, 19 testim. III, 71. — [3]) 171, 2 testim. III, 72. — [4]) 171, 8 testim. III, 73.

Cyprianus	Vulgata
13. propter hoc induite tota arma Dei, ut possitis resistere in die nequissimo, ut, cum omnia perfeceritis,	propterea accipite armaturam Dei malo et in omnibus perfecti stare
14. stetis adcincti lumbos vestros in veritate, induentes loricam iustitiae,	state ergo succincti lumbos vestros i. v. et induti l. i.
15. et calciati pedes in praeparatione evangelii pacis,	calceati
16. in omnibus adsumentes scutum fidei, in quo possitis omnia candentia iacula nequissimi extinguere,	sumentes tela ignea
17. et galeam salutis *, et gladium spiritus, qui est sermo Dei [1])	* assumite quod est verbum Dei.

Epistola ad Philippenses.

Cap. I.	
v. 18. verumtamen omni modo sive per occasionem, sive per veritatem, Christus adnuntietur [2])	dum omni m. sive p. o. etc.
v. 21. mihi * vivere Christus est, et mori lucrum [3])	* enim
Cap. II.	
v. 6. qui in figura Dei constitutus non rapinam arbi-	qui cum in forma Dei esset, non r.

[1]) 183, 3 testim. 117 u. 664, 4 ep. 58, 8, wo aber für vobis steht nobis und für spiritalia nequitiae: spiritus nequ., für candentia iacula: ignita i. steht, während nach tota arma: Dei und vor adsumentes scutum in omnibus fehlen. — [2]) 788, 4 ep. 73, 14; angefangen von sive per occ. bringt — aber beim Verbum den Ind. statt des Conjunktivs — diesen Vers auch 823, 7 ep. 75, 20. — [3]) 301, 2 de mortal. 7.

Cyprianus	Vulgata
tratus est, esse se aequalem Deo,	
7. sed se exinanivit, formam servi accipiens, in similitudine hominis factus et habitu inventus ut homo,	semetipsum similitudinem hominum
8. humiliavit se factus obaudiens usque ad mortem, mortem autem crucis,	semetipsum obediens
9. propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, ut sit super omne nomen	quod est
10. ut in nomine Jesu omnes genu curuent, caelestium, et terrestrium, et infernorum,	omne flectatur et fehlt
11. et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus * in gloria est Dei patris [1])	* Christus
v. 14. Omnia autem pro dilectione facite sine murmurationibus et reputationibus,	pro dilectione fehlt haesitationibus
15. ut sitis sine querella et immaculati filii Dei; lucete sicut luminaria in mundo, [2])	querela simplices inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.
v. 21. Omnes * sua quaerunt et non quae sunt * Christi. [3])	enim * quae sua sunt, qu. et fehlt * Jesu

[1]) 79, 1 testim. II, 13 u. 149, 11 testim. III, 39. v. 9 u. 10 finden sich 415, 2 de bono patien. 24. — [2]) 127, 15 testim. III, 14. Den Schluss lucete etc. von v. 15 bringt 141, 15 test. III, 26, ebenso 506, 12 ep. 13, 3. — [3]) 124, 2 testim. III, 11.

Cyprianus	Vulgata
Cap. III.	
v. 19. Quorum finis est interitus, quorum Deus venter est, et gloria in confusionem eorum, qui terrena sapiunt.	est fehlt confusione ipsorum
20. Nostra autem conversatio in caelis est, unde et salvatorem expectamus Dominum * Jesum Christum.	etiam * nostrum
21. Qui transformabit corpus humilitatis nostrae conformatum corpori claritatis suae. [1]	reformabit configuratum
Cap. IV.	
18. saturatus sum, recipiens ab Epaphrodito ea, quae a nobis missa sunt, odores suavitatis, sacrificium acceptum et placitum Deo. [2]	repletus sum, acceptis ea fehlt a nobis fehlt misistis odorem hostiam acceptam placentem Deo.

Epistola ad Colossenses.

Cyprianus	Vulgata
Cap. I.	
v. 15. Qui est imago Dei invisibilis et primogenitus totius creaturae.	et fehlt omnis
v. 18. primogenitus a mortuis, ut fieret in omnibus ipse primatum tenens. [3]	ex sit

[1]) 124, 2 testim. III, 11. Die Verse 20 u. 21 finden sieh auch 311, 2 de mortal. 22, wo aber Dominum fehlt. — [2]) 291, 28 de dom. orat. 33. — [3]) Beide Stellen 63, 15 testim. II, 1.

Cyprianus	Vulgata
Cap. II.	
v. 8. Videte, ne qui vos	quis
depraedetur per philosophiam et inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum.	decipiat
9. quia in ipso habitat	inhabitat
omnis plenitudo divinitatis * [1])	corporaliter
v. 11. Circumcisi estis circumcisione non mannfacta,	
in expoliatione * carnis, sed in circumcisione Christi [2])	* corporis
v. 20. Si * mortui estis cum Christo ab elementis	* ergo
eius mundi, quid * tamquam	huius * adhuc
viventes in hoc mundo vana	hoc und vana fehlen
sectamini? [3])	decernitis
Cap. III.	
v. 1. Si consurrexistis	
in Christo, quae susum sunt, quaerite, ubi Christus est in dextra Dei sedens.	cum sursum
2. quae susum sunt, sa-	sursum
pite, non quae terrena sunt.	super terram; sunt fehlt
3. Mortui enim estis, et	
vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.	Stellung: est abscondita
v. 4. Cum autem Christus apparuerit, vita vestra,	autem fehlt

[1]) 397, 20 de bono pat. 2. Den Anfang von 8 bis fallaciam bringt auch 635, 8 ep. 55 16, doch steht für qui: quis. — [2]) 45, 18 test. I, 8. — [3]) 124, 13 test. III, 11.

Cyprianus	Vulgata
tunc et vos apparebitis * in gloria.[1])	* cum ipso
v. 5. Mortificate itaque	ergo
membra vestra, quae in terra sunt,	sunt super terram
exponentes fornicationem, immunditiam *, et	exponentes fehlt * libidinem et fehlt
concupiscentiam malam et cupiditatem, quae sunt	avaritiam est
idolorum servitus.	simulacuorum
6. Propter quae venit ira Dei.[2])	
Cap. IV.	
v. 2. instate orationi, vigilantes in ea[3])	Stellung: orationi instate

Epistola ad Thessalonicenses I.

Cyprianus	Vulgata
Cap. IV.	
v. 6. non circumvenire in negotio fratrem suum,	neque circumveniat
quia ultor est Deus de his omnibus[4])	quoniam vindex; Dominus
v. 13. nolumus * vos ignorare, fratres, de dormientibus,	* autem
ne contristemini sicut et ceteri,	ut non
qui non habent spem	qui spem non habent
v. 14. si enim credimus,	
quia Jesus mortuus est et	quod
resurrexit, sic et Deus eos,	ita
qui dormierunt in Jesu, ad ducet cum eo.[5])	per Jesum

[1]) 124, 15 testim. III, 11. Auch 428, 22 de zelo et liv. 14 bringt diese Verse, doch fehlt v. 1 in vor Christo u. v. 4 autem vor Christus; statt susum heisst es beide Male sursum; vor in gloria steht cum eo. — [2]) 645, 4 ep. 55, 27. — [3]) 184, 2 test. III, 120 u. 499, 4 ep. 11, 5. — [4]) 175, 4 testim. III, 88. — [5]) 159, 3 testim. III, 58 u. 310, 5 de mortal. 21.

Cyprianus	Vulgata
Cap. V.	
v. 2. dies Domini sicut fui in nocte ita adveniet.	veniet ita fehlt
3. cum * dixerint: pax et securitas, tunc illis subitaneus veniet interitus [1])	* enim repetinus eis superveniet interitus.

Epistola ad Thessalonicenses II.

Cyprianus	Vulgata
Cap. II.	
v. 10. dilectum veritatis non receperunt, ut salvi fierent,	charitatem
11. ac propterea mittit illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio,	ideo mittet
12. ut iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed sibi placent in iniustitia [2])	consenserunt iniquitati
Cap. III.	
v. 6. praecipimus autem *in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut discedatis ab omnibus fratribus ambulantibus inordinate et non secundum traditionem, quam acceperunt a nobis [3])	denunciamus * vobis fratres, subtrahatis vos ab omni fratre ambulante incordinate
v. 8. neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore et fatigatione, nocte et die operantes, ne quem vestrum gravaremus. [4])	

[1]) 175, 8 test. III, 89. — [2]) 261, 12 de lap. 33 u. 681, 17 ep. 59, 13, aber für receperunt steht habuerunt u. mittet für mittit. — [3]) 169, 10 test. III, 68 u. 230, 23 de cathol. eccl. uni. 23, wo aber autem nach praecipimus fehlt, wie auch 690, 20 ep. 59, 20 und für discedatis steht recedatis (beide Male). — [4]) 511, 20 ep. 14, 2.

Epistola ad Timotheum I.

Cyprianus	Vulgata
Cap. I.	
v. 13. qui primo fui	Stellung: prius bl. fui
blasphemus et persecutor et	
iniuriosus, sed misericor-	contumeliosus
diam * merui, quia ignorans	* Dei consecutus sum
feci [1])	
Cap. II.	
v. 9. sint mulieres ves-	sint und vestrae fehlen
trae * cum verecundia et	* in habitu ornato
pudicitia, componentes	et sobiietate ornantes se
se * non in tortis crinibus	* et
neque auro neque marga-	aut aut
ritis aut veste pretiosa	
10. sed ut decet mulieres,	quod
promittentes castitatem	pietatem
per bonam conversati-	opera bona
onem [2])	
v. 11. mulier cum silentio	in
discat in omni subiectione	cum
12. docere autem mulieri	
non permittitur, neque	permitto
dominari viro suo (sed esse	in virum suo fehlt
in silentio)	
13. Adam enim primus	
formatus est, dainde Eva,	Heva
et Adam seductus non	Stell.: non est seductus
est, mulier autem seducta *	* in praevaricatione
est. [3])	fuit
Cap. IV.	
v. 12. iuventutem tuam	nemo adolescentiam tuam
nemo despiciat. [4])	condemnat.

[1]) 787, 12 ep. 73, 13. — [2]) 148, 12 testim. III, 36 u. 193, 20 de hab. virg. 8, wo nach dem ersten mulieres das vestrae fehlt. — [3]) 152, 6 test. III, 46. — [4]) 472, 7 ep. 3.

Cyprianus	Vulgata
Cap. V.	
v. 3. viduas honora, quae vere viduae sunt.	
v. 6. quae autem in deliciis est, vivens mortua est. [1]	nam quae
v. 8. si quis autem suorum et maxime domesticorum non agit curam,	curam non habet,
fidem denegat, et est de-	negavit
terior infideli. [2]	infideli deterior
v. 11. adulescentiores autem viduas devita; cum	
enim deliciatae fuerint in Christo, nubere volunt	luxuriatae
v. 12. habentes damnationem, quoniam primam	quia
fidem reprobaverunt [3]	irritam fecerunt
v. 19. adversus maiorem natu accusationem noli recipere. [4]	presbyterum
v. 20. peccantem coram	peccantes
omnibus argue, ut * ceteri timorem habeant. [5]	* et
Cap. VI.	
v. 3. si quis aliter docet,	
et non adquiescit sanis	acquiescit
verbis Domini nostri Jesu	sermonibus
Christi et * doctrinae eius	* ei, quae secundum pietatem est, doctrinae
v. 4. stupore elatus,	superbus est,
discede ab huius modi. [6]	fehlt

[1]) Beide Stellen 171, 13 testim. III, 74. — [2]) 171, 20 testim. III, 75. — [3]) 171, 15 test. III, 74. — [4]) 172, 5 testim. III, 76. — [5]) 172, 8 testim. III, 77. — [6]) 595, 15 ep. 43, 6, ebenso 802, 3 ep. 74, 3, wo nach elatus: et nihil sciens noch eingeschaltet ist.

Cyprianus	Vulgata
v. 7. nihil * intulimus in hunc mundum, verum nec aufere possumus.	* enim haud dubium quod nec aufere quid pos.
v. 8. habentes itaque victum et vestitum, his contenti simus.	h. autem alimenta, et quibus tegamur, his contenti simus.
v. 9. qui autem volunt divites fieri, incidunt in temptationem et * laqueum diaboli et desideria multa * et nocentia, quae mergunt hominem in perditionem et interitum.	nam qui tentationem * in * inutilia et nociva Stellung: interitum et perditionem.
v. 10. radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam adpetentes, naufragaverunt a fide et inseruerunt se doloribus multis. [1]	 appetentes erraverunt

Epistola ad Timotheum II.

Cap. II. v. 4. nemo militans Deo, inplicat se negotiis saecularibus, ut possit placere ei, qui se probavit,	 ut ei placeat, cui se probavit.
v. 5. sed et si certabit quis, non coronabitur, nisi legitime pugnaverit. [2]	nam et qui certat in agone, non c., certaverit.

[1]) 165, 15 testim. III, 61, ebenso 381, 20 de op. et ele. 10, wo für rictum: exhibitionem, für vestitum: tegamentum und für laqueum diaboli: muscipula steht. Letzteres hat auch 281, 17 de dom. orat. 19. Die v. 9 u. 10 bringt auch 245, 14 de lap. 12 gleichfalls mit unuscipula für l. d. — [2]) 124, 10 testim. III, 11, ebenso 330, 3 ad Fortunat. 8, wo für certabit: certaverit steht. v. 4 findet sich 465, 13 ep. 1, 1 mit der Abweichung: molestiis saecularibus, ut possit placere ei, cui se probavit.

Cyprianus	Vulgata
v. 11. si enim commorimur, et convivemus;	nam si commortui sumus,
v. 12. si toleramus, et conregnabimus, si negamus, et ipse negabit nos. [1])	sustinebimus, negaverimus ille
v. 17. sermo eorum ut cancer serpit. [2])	
v. 20. in domo autem magna non solum vasa sunt aurea et argentea, sed et lignea et fictilia, et quaedam quidem honorata, quaedam * inhonorata. [3])	in magna autem domo sunt vasa in honorem * autem in contumeliam.
v. 23. Stultas autem et ineruditas quaestiones devita, sciens, quia lites generant,	sine disciplina Stellung: generant lites
24. Servum autem domini non oportet litigare, sed mitem esse ad omnes. [4])	mansuetum
Cap. III.	
v. 1. In novissimis diebus aderunt tempora molesta,	instabunt periculosa
2. erunt homines sibi placentes, superbi, tumidi, cupidi, blasphemi, parentibus in dicto non audientes, ingrati, impii,	se ipsos amantes cupidi, elati, superbi, blasphemi in dicto fehlt scelesti
3. sine adfectu, sine foedere, delatores, incontinentes, immites, bonum non amantes,	affectione sine pace, criminatores sine benignitate

[1]) 326, 19 ad Fortunat. 5. — [2]) 172, 16 testim. III, 78; 689, 21 ep. 59, 20 liest: quorum sermo ut c. s. — [3]) 622, 20 ep. 54, 3 u. 643, 19 ep. 55, 24 mit fictilia schliessend. — [4]) 156, 2 testim. III, 53.

Cyprianus	Vulgata
4. proditores, procaces, stupore inflati, voluptates magis quam deum diligentes,	protervi, tumidi et voluptatum amatores magis quam dei.
5. habentes * deformationem religionis, virtutem autem eius abnegantes.	* speciem quidem pietatis
6. * Ex his * sunt, qui repunt in domos et praedantur mulierculas oneratas peccatis, quae ducuntur variis desideriis,	* et hos devita ** enim penetrant captivas ducunt
7. semper discentes et nunquam ad scientiam veritatis pervenientes.	
8. Et quomodo Jannes et Mambres resisterunt Moysi, sic et hi resistunt veritati,*	quemadmodum autem ita * homines corrupti mente, reprobi circa fidem
9. sed * non proficient plurimum: imperitia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit.[1]	* ultra plurimum fehlt, insipientia
Cap. IV.	
v. 3. Erit * tempus, quando sanam doctrinam non sustinebunt, sed secundum sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes in audiendo (scalpentes aures)	* enim cum ad auribus scalp. aures fehlt
4. et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.[2]	

[1]) 224, 17 de cath. eccl. uni. 16. — [2]) 169, 3 testim. III, 67.

Cyprianus	Vulgata
v. 6. Ego * iam immolor, et tempus adsumptionis meae instat.	* enim delibor resolutionis
7. Bonum agonem certavi, cursum consummavi, fidem servavi,	certamen
8. iam superest mihi corona iustitiae, quam mihi reddet dominus in illa die, ille index iustus, non solum autem mihi, sed et omnibus, qui diligunt adventum eius.[1])	in reliquo reposita est reddet mihi Stell.: iustus iudex; ille fehlt iis

Epistola ad Titum.

Cap. I.	
v. 7. Episcopum oportet esse sine crimine, quasi dei dispensatorem [2])	oportet enim ep. sicut
v. 15. Omnia munda sunt mundis. [3])	sunt fehlt
Cap. III.	
v. 2. De nullo male loqui nec litigiosos esse.[4])	neminem blasphemare, non litigiosos esse.
v. 5. Servavit nos per lavacrum regenerationis. [5])	salvos nos fecit
v. 10. Haereticum hominem post primam correptionem devita.	unam et secundam

[1]) 131, 17 testim. III, 16 u 493, 11 ep. 10, 4 Doch steht für immolor: libor, für consumavi: perfeci, für diligunt: dilexerunt, und fehlt bei assumptionis: meae, während instat zwischen tempus u. ass. steht und für diligunt: dilexerunt. — [2]) 740, 7 ep. 67, 5. — [3]) 719, 16 ep. 64, 4. — [4]) 180, 20 testim. III, 107. — [5]) 804, 4 ep. 74, 6.

Cyprianus	Vulgata
v. 11. Sciens, quoniam perversus est huiusmodi, et peccat, et est a semetipso damnatus. [1]	quia subversus est qui eiusmodi est, et delinquit, cum sit proprio iudico condemnatus.

Epistola b. Petri I.

Cyprianus	Vulgata
Cap. II.	
v. 11. quasi hospites et peregrini abstinete vos a carnalibus desideriis, quae militant adversus animam,	obsecro vos tamquam advenas et peregrinos abstinere vos a
12. conversationem habentes inter gentiles bonam, ut dum retractant de vobis quasi de malignis, bona opera vestra aspicientes magnificent Dominum. [2]	conversationem vestram inter gentiles habentes, bonam in eo, quod detractant de vobis, malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis.
v. 21. Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum, ut sequamini vestigia eius,	vobis relinquens
22. qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore eius,	
23. qui cum malediceretur, non remaledixit, cum pateretur, non minabatur, tradebat autem se iudici iudicanti iniuste. [3]	maledicebat comminabatur iudici fehlt

[1]) 172, 11 testim. III, 78, während 689, 24 epistol. 59, 20 für devita evita hat. — [2]) 124, 24 testim. III, 11 u. 506, 13 ep. 13, 3 eingeleitet mit sicut statt quasi. — [3]) 149, 6 testim. III, 39 in 403, 17 de bono patient. 9, wo aber iudici fehlt. v. 21 findet sich auch 426, 25 de zelo et liv. 11.

Cyprianus	Vulgata
Cap. III.	
v. 3. sit in muliere non exterior ornamenti aut auri aut vestis cultus, 4. sed cultus cordis. [1])	quapropter non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui absconditus est cordis homo.
v. 18. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret Deo. [2])	
v. 20. in arca Noe pauci, id est octo animae hominum, salvae factae sunt per aquam,	in diebus Noe, cum fabricaretur arca, in qua pauci etc. hominum fehlt
21. quod et vos similiter salvos faciet baptisma. [3])	similis formae facit
Cap. IV.	
v. 6. in hoc enim et mortuis praedicatum est, ut suscitentur [4])	propter hoc enim evangelizatum iudicentur.
v. 12. carissimi, nolite mirari ardorem accidentem vobis, qui ad temptationem vestram fit, ne excidatis tamquam novum vobis contingat,	peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis fit, quasi novi aliquid vobis contingat.
13. sed quotienscumque communicatis Christi passionibus, per omnia gaudete,	quotienscumque fehlt communicantes Christi passionibas gaudete, p. omn fehlt

[1]) 148, 16 testim. III, 36 u. 193, 25 de habit. virg. 8. — [2]) 94, 15 testim. II, 27. — [3]) 751, 12 ep. 69, 2 u. 809, 6 ep. 74, 11; für vos steht nos; 820, 18 ep. 75, 15, wo indess nur Vers 21 sich findet, eingeleitet sic et nos. — [4]) 94, 17 testim. II, 27.

Cyprianus	Vulgata
ut et in revelatione facta claritatis eius gaudentes exultetis.	ut et in revelatione gloriae eius gaudeatis exultantes.
14. si inproperatur vobis in nomine Christi, beati	exprobramini vobis fehlt
estis, quia maiestatis et virtutis Domini nomen in vobis requiescit, quod quidem secundum illos blasphematur, secundum nos autem honoratur. [1])	quoniam, quod est honoris, gloriae et virtutis Dei, et qui est eius Spiritus, super vos requiescit.
v. 15. nec quisquam vestrum tamquam fur aut homicida patiatur, aut tamquam maleficus, aut curas alienas agens,	nemo vestrum patiatur aut homicida aut fur aut maledicus aut alienorum appetitor
16. sed tamquam christianus. [2])	si autem ut christianus, non erubescat.
Cap. V.	
v. 8. sobrii estote, vigilate, quia adversarius vester diabolus tamquam leo	et vigilate
rugiens, aliquid devorare quaerens, circuit. [3])	circuit, quaerens, quem devoret.

Epistola b. Joannis I.

Cap. I.	
v. 8. si dixerimus, quia	quoniam
